

quod εἰλικρινείας voce, in singulis quinque allegatis infra divi Apostoli locis, abstineat Graecorum versio, ἀπλή communiter dicta, pro ea ubique καθαρότητα & τὸ καθαρόν, substituens, 2) *puritati* scilicet, etiam hoc modo, modis omnibus intenta. Cum docentibus Apostolo rem prae reliquis, eumque doctrinae cum primis intentum esse, postea evincam. Hos Soli quasi propius admovet, non tam, aquilino more, probandos, quam, num sine doctrinae macula sint, dilucide iudicandos; Vt manifeste hinc εἰλικρινεία Solis loquatur commercia, 3) & εἰλικρινής, si nomen attendas, nihil sit, nisi τῆ εἰλή (seu ἔλη) κρινόμενος, *Solis splendore iudicatus*. 4) Agunt scilicet in HELIAEA, 5) ita expositi, ut Solem, ex
Veterum

ex sinceritate loquimur. Phil. I. 10. Εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα, ἵνα ᾗτε ΕΙΛΙΚΡΙΝΕΙΣ, καὶ ἀπρόσκοποι. Vt vos probetis, quae praestant, quo sitis sinceri & inoffensi. 2. Pet. III. 1. Διεγείρω ὑμῶν τὴν ΕΙΛΙΚΡΙΝΗ ΔΙΟΝΟΙΑΝ. Suscito vestram sinceram mentem.

2) Edit. Halens. A. 1710. ll. cc.

3) Derivat ab εἰλή, splendore solis, vel potius ab ἔλη, ἔκ κρινομαι, secerno, ut εἰλικρινής distinctum, sincerum, clarum, notet, SCHREVELIVS, b. v. Non permixtum, purum, sincerum, non fucatum &c. H. STEPHAN. T. V. Thes. App. p. 817.

4) Ita exponunt C. STOCKIVS: Εἰλικρινής proprie significat eum, qui ad solis splendorem examen ferre ac sustinere potest. Clav. Ling. S. N. T. p. 408. H. STEPHANVS: Ad splendorem solis, i. e. τὴν εἰλήν, τὰ μεμιγμένα, καὶ τὰ ἀμιγῆ facile διακρίνεται. Thes. T. V. App. 817. Perinde G. PASOR, Lexic. in N. T. p. 408. Eadem fere cum Stephano loquitur I. SCAPVLA, in Lexic. V. εἰλικρινής. p. 874. Alii: Es sey etwas so lauter, daß man bey hellen Sonnen-Schein der Sonne &c. alles genau darinnen unterscheiden könne. A. u. N. A. 1712. p. 873. CRAVSERI Phosphor. p. 1007. a. b.

5) FLOR. CHRISTIANVS: εἰλής nomine dicitur solis lumen.
Nam